



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 80. Osius Legatus petita abeundi venia in Poloniam ad suam Diœcesim  
reversurus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI. eo quod natione Gallus esset, morumque emendationem in Capite, & membris postularet (\*) hinc paucis respon-

A. C. 1563. dit Pontifex: „Lotharingius in Synodo „factionis cuiusdam principem agit; „convenit autem, ut ad Concilium mit-„tantur Viri a privato affectu, & par-„tium studio alieni.“ Ad hæc Bur- desius responsum parabat: verum Papa citationi pede per scalas adeo prompte descendit, ut Cardinalis responderet prohiberetur.

§. LXXX.

*Osius Legatus petita abeundi venia in  
Poloniā ad suam Diæcesin  
reversurus.*

Pallav. l. 20. Pridie, quam hæc electio fieret, Osius c. 6. n. 6. Legatus per literas certior siebat, Sarp. p. 657. quod hæresis per Varmiensem Diæcesin Viscont. lett. in Polonia altiores radices ageret, qua- I. tom. I. propter per Vicecomitem Pontifici pro- pag. 121. posuit,

---

(\*) Sane nec timenda erat ea emendatio, quam Lotharingius petebat, utpote omnibus suspecta, ac a plerisque rejecta: veram autem reformationem sane hic Pontifex non timebat, qui ipius eam Romæ jam inchoavit, & sincere, atque ardentur desiderabat. Ast nempe hoc nomen *Reformatio in Capite*, & membris est prætextus ad omnes Papam vexandi occasiones accommodus. Vide §. LXXXI.

posuit, quod ejus præsentia in Polonia Sæcul. XVI.  
A.C. 1563.  
oppido necessaria foret, ut populus in  
Sedis Apostolicæ obsequio contineri  
posset, proin ibidem magis, quam in  
Synodo Ecclesiæ utilis esset, cum ali-  
unde sibi a suo Capitulo nuntiatum  
fuisset, quod tumultus, nisi brevi sopi-  
rentur, in ejus Diæcesi tantopere in-  
valescerent, ut illis haud ultra reme-  
dium opponi valeret, atque mulieri,  
quæ sub utraque specie communionem  
sub vitæ suæ finem accepisset, Eccle-  
siastica sepultura fuerit denegata, &  
quivis impune tumultuaretur, cum tan-  
ta populi offensione, ut necessitas ur-  
geat, absque ulla mora tot succurrendi  
animabus, quæ omni ferme momento  
æternæ suæ salutis periculo expositæ  
ingemiscunt, præcipue cum alium quem-  
cunque eo decernere minus conveniat,  
quam ipsum hujus gregis Pastorem, ut  
vero hic majori polleret auctoritate,  
consultum credebatur, si Legati Apostolici  
dignitate insigniretur; verum Pontifex  
longe aliter censebat, quapropter Osius  
Tridenti persistere cogebatur.

## §. LXXXI.

*Viterbiensis Episcopus Roma Tridentum veniens.*

Interea Gualterius Viterbiensis Episco- Pallav. l. 20.  
pus Roma redux die quinta Martii c. 6. n. 7.

Triden-